quae non optat agnosci. certe uel si mens sit facti conscia uindicta
dignus est. qui alii existit causa periculi. dum enim suspicionib;
patefacit accessum fit fraterni origo discriminis. & qui peccandi
fomenta tribuit. ipse iugulum mortis inpingit. ut ait diuinus
& beatus preco, proli detrahere. ne eradiceris. Confessor am
brosius. multi non dederunt errori locum. & dederunt suspicio
ni. suspicio ista est interitus suspicantis. atq; quia non caret peccato
qui dederit. unde mansuro cunctis & redemptoris n(ost)ri ordinatione
constituto sancimus apostolicae sedis beati petri uel praesulis eius
papae auctoritate subnixi. quae uitia desiderat radicitus amputa
ri. ut nullus religiosorum de memoratis ordinibus alter quam
praefati sumus audeat conuersari. uel quicumq; praesumpserint cum a
missione pudoris honorum damna sustineant. quo grande malum
est dicatum d(e)o personam salutarib; monitis non parere. nullus secum
extraneas habeat mulieres. praeter personas canonib; designatas. ne
agendo aliter etiam si uita sit innocens. damnum opinionis incurrat.

FAUSTO · ENNODIUS ·

Abundantem d(e)i misericordiam precatus commendo ipsi anni feli
cis auspicia. & beneficiorum eius munerib; sublimis iam con
sularem uirum quasi aequalis adgredior. Actenus trabealis
coturni pompa familiae u(est)rae peregrina ornamenta tribuebant
& pertinere nos ad eum magis adfinitate quam genere gaudebamus quia n
no. nom(en) inposuit. minus erat non debitum quod inter curulium posses
sores diligentum. fabulis addebamur. quotiens nos obnoxios sibi fecit
lingua quae apud alios exaltabit. ut commutato condicionis ordine.
alienis u(est)rae nobilitatis insignia stipendiis deberentur. ad nunc fa
cessat inuidia. uetustorum reparator fascium nouellus consul in
luxit. & dignitatum u(est)rarum cariosas fores robustus reserabit
inpulsor. ad rediuiuam ualitudinem tremibunda marcescentium
cardinum limina iuuenescunt. quae nullis credo d(e)o auspice quia
post haec obicib; claudenda patuissent. nam auenimei non minus
sed primus e(st). consolatus. stirpis suae gestatura aquilas agmina
prius antecessit. & ad principalem militiam iter uirtutis ostendit.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0027